

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Legio V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

quæ regem addecent adjecerit ornamenta, moresque & virtutes etiam regias uni illi ante omnia A
bruta, ut paulo infra docebimus, elargita sit. Quòd verò pertinet ad provinciarum subjagationem,
^bC. Cæsar ⁱvidere est in ^bC. Cæsar numo Elephantum promuside surrecta, adversus quem Serpens quasi con-
certaturus infurgit: in altero videoas Serpentem ipsius Elephanti pedibus obtutum, in quo inscri-
ptio est, C. C. S. A. R. Potes ex illo, lacescitum bello, & ex hoc, confectum intelligere. Neque verò me
fugit, Elephantum Maurorum lingua Cæsar appellari solitum, quod Spartanus in Allo Vero tradit,
primumque Cæsar cognomine nuncupatum, qui Elephantum occiderat. Sed inepta hæc inscri-
ptionis causa mihi videtur: crediderim autem potius ad munificentiam spectare qua Cæsar Ele-
phantos exhibuerit.

AFRICA. CAP. III.

^e Q. C. Ma. ^c Quem verò Elephantum in ^cQ. C. M. A. R. I. I. numo compereris, Idibus adjectis, hieroglyphicam
riti numeri. ^d Id Africam provinciam ab eo domitam ditionemque imperii in Agyptum usque propagam,
d. Ac altero significare crediderim. ^d Elephanti porrò Pompeii Magni currum subière Africa triumpho: & in ^b
confidatu ^c signi Elephanti numo argenteo admodum pulchro ^c Scipionis Imper. inscriptio, cuius galea Elephanti capitii spé-
cimen habet, inferne aratrum, antè spica posita est: que omnia ad Africæ triumphum, & canonam in-
circo pu-
gnaturos
produxit,
^{Plin l. 8 c. 7.}
^e Scipionis
numus. ^f IN militaris verò signis, Elephanti legionis quinta vexit illis appingebantur: propterea quòd C.
Cælare adversus Lucium Scipionem civili bello decertantes ea legio negotium sibi contra Elephan-
tos dari postulavit, regi stenuè gesta reliqua victoria occasionem præbuit.

V. LEGIO CAP. IV.

ORIENS CAP. V.

^{D. Vespasianus} ^{ni numeri} ^a Ed Augusto currum ex quatuor Elephantis S. P. Q. Romanus in nummis decrevit, quòd, ut pu-
to, spoliis Orientis onustus Imperatorum inde triumphum duxerit. Id honoris Tib. Cæsar post
adeptum Imperium patri deferendum curavit, quod ipsa testatur inscriptio, quæ sic habet: Tib. C. C. S.
A. R. D. I. V. I. A. U. G. F. A. U. G. S. T. P. M. T. R. P. O. X. X. I. X. A. U. G. S. T. S. P. Q. R. Eundem hono-
rem Claudius Avia Livia Circensi pompa, currum quippe Elephontorum Augustæ similem decer-
nendum curavit. Sed & D. Aug. Vespasiano currus ex quatuor Elephantis in nummo est, cuius latus
alterum inscriptionem habet ad reliquos honores tertii Consulatus: nam qui sua virtute ad Imper-
atorii fastigii culmen evectus erat, re in Oriente bene gesta, paribus cum Augusto honoribus ho-
nestandus fuit: ita Elephas junctus, provinciam patriam subjugatam hieroglyphicè significabit. Est
^a Philipp. ^{Imp. numus.} &^a Philippi Imperatoris numus, in quo Elephantus videtur gradiens sub magistro, cum inscriptio-
ne, AETERNITAS AUG.

MUNIFICENTIA. CAP. VI.

^{Antonini} ^{Pii & Sevi} ^{ri Pertinacii} ^{ni numeri} ^b Et autem inter virtutes regias illa, quæ solet ante alias populorum benevolentiam conciliare,
munificentia, hac ostentanda magni principes Elephante plurimum usi sunt. Hinc videoas in
Antonini Pii numo Elephantem promuside in semicirculum sursum versus lunata, cuius inscriptio
est, MUNIFICENTIA AUG. Utque itidem in numo L. Septimi Sevi Pertinacii Aug. Imper. VII.
Elephans: ex promuside in eundem modum curvata, cum eadem ipsa inscriptione, MUNIFCEN-
TIA AUG. S. C. Namque hoc eos spectaculis exhibitos ostendit: atque hic eorum Imperatorum
intelligenda munificentia, qui eos modò in certamen commisere, modò in saltationem, modò ut su-
nes scandenter & inambularent, edidere. Quod si ad eorum quoque animalium liberalitatem tra-
here volueris, sanè munificos hos & liberales invenias, five ii^b curatoribus suis, five etiam c^c puel-
lis, quarum amore se captos ostendere, munera elargiri soliti sunt: quandam enim admirandam eo-
Alianus. ^b Str. l. 8 c. 5. rum in homines benevolentiam, gratumque in educatores animum scribit Alianus, exemplo illius,
lib. 7 c. 43 qui pro domino multum diuq^c pugnavit, eumque sagittis interfectum, promuside sublatum ad
præsepe suum asportavit.

TEM.